WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 108v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vero/ modo in Italia famatos sive doctrina
claros/ ea usui habet/ quam cristoferus de
honestis de florencia/ in suo continuo describit/
ad Mesue/ in particulam eius antidotarii sextam/
(ubi de secaniabin composito agit/ Quam hic per
multa repetendo/ mei tractatuli brevitas atque
intencio non sinit/ De simplici vero oximelle
competere visum est/ de composito vero/ sufficit solum
eius utilitates hic inseruisse/ quod totum
evagacione plus/ quam huius scripti postulacione factum est

De oxizaccara. Cap. lx.

Compositio ab aceto et zuccaro/ et aqua/
quam nicolaus descripsit/ cum zuccaro/
succo granatorum et aceto/ Cuius utili-
tas est ad febres paucitas/ et ad sanguinis inflamacionem/
quem infrigidat/ et coleram in stomacho purgat
existentem/ Et de ipsa averrois/ sexto colliget/
in capitulo de regimine corporum calidorum/ verba avenzoar
adducit (inquiens) Mirabilis avenzoar dicit/
quod in omnibus in quibus utimur oxizaccara/
debemus uti flore nenufarino/ et maxime
calido tempore/ quia nenufar sua proprietate/ preseruat
tales a febre/ Et semper cum oxizaccara/ rebus
uti/ os stomachi confortantibus/ puta mastice/
spica/ aut cynamomo/ ne acetum/ ipsi lesionem afferat